



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Quid post consecrationem, n. 30

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

35 LIBER II.

Nam propterea Coninch dixit expedire, Layman optimè sacerdotem facere, si abstergat. Immo addo, aliquando nec expedire: si enim advertas adesse eiusmodi separatas guttas, quando, disco operito Calice, incipis, *simili modo &c.* (vt mihi non semel accidit) puto non esse tunc scrupulosè accipiendum purificatorium, & cum admiratione aliqua astantium, qui elevationem expectant, abstergendū vel commovendum Calicem. Habe ergo prædictam intentionem, & prosequere.

*Angusta separata in Calice debeant abstergi post Consecrationem.*

30 **P**ost consecrationē vero nunquam abstergendæ sunt illæ guttulae, quæ forte adesse intra Calicem tunc advertantur. Ratio est, quia cum non sit certum eas non esse cōsecratas, esset periculum abster-

ster-

Stergendi Sanctissimum Sanguinē.  
 Assumatur igitur admixta cum re-  
 liquo. Et quamvis nefas sit, mate-  
 riam non consecratam consecrare,  
 temerè, admiscere; in hoc tamen  
 casu, dubium, quod gutta illa sit eōs-  
 consecrata, rationabilem reddit admi-  
 sionem. Nec obstat periculū fran-  
 gendi ieiunium naturale, quod ti-  
 meri posset, si prius deglutiretur  
 gutta illa fortè non consecrata, non  
 obstat, inquam, propterea, quæ do-  
 cet in simili Delugo, a Adde quod  
 reverentia, quæ illi guttæ, pro-  
 pter illud dubium debetur  
 eiusmodi timorem fa-  
 cile superat.

a Delugo de Euch. diff. 25. sec. 4. 2.  
 72.

CAP.